DE GASTRITIDE SUBSTANTIALI CHRONICA.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI
MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITTERARIA
GRYPHICA
PRO SUMMIS
IN MEDICINA,
CHIRURGIA ET ARTE OBSTETRICIA
HONORIBUS
RITE IMPETRANDIS
DIE IV A. CALEND. A. DECBR. MDCCCLI.
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR
HENRICUS JOSEPHUS DEUTZ
RHENANO-BORUSSUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:
A. DZIEKANSKI, MED. DRD.
Fr. BARTSCHER, MED. STUD.
A. CÜPPERS, MED. STUD.

GRYPHIAE,
TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE REG. ACAD. TYPOGR.
MDCCCLI.

FRATRI

OPTIMO DILECTISSIMO

VERBI DIVINI MINISTRO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

GRATI ANIMI DOCUMENTUM

ESSE VOLUIT

AUTOR.

Literatura.

'r. Hoffmann, D. de inflammatione ventriculi frequentissima. Hal. 1706.

— — Systema medicinae rationalis. Basel 1783. Tom. IV. Sect. II. Cap. 3.

ř. van Swieten, Commentarii in Boerhave aphorismos de cognoscendis morbis. Vol. III. §. 951.

Iorgagni, De sedibus etc. Epist. XXIX. XXX. LIX.

•e Haen, Ratio med. P. VI. pag. 263. IX. XIV.

. P. Frank, de curandis hominum morbis epitome. Venetiis 1794. Vol. II. pag. 236.

ſagen, D. Frankf. ad Viadr. 1799.

lohnstock, die Magen- und Nierenentzündung. Sondershausen 1808.

. G. Vogel, Handbuch der pract. Arzneiw. Bd. IV.

larcus, Specielle Therapie Th. II.

'anzin, Diss. sur la gastrite, ou l'inflam. de l'estomac. Paris 1809.

uersant, Art. Gastrite im Diction. des sc. med. T. XVII. 1816.

. I. M. Buten, D. Sur la gastrite. Par. 1819.

. F. Klendgen, D. De phthiseos ventriculi pathologia. Bonn 1820.

. B. Deschacken, D. Sur la gastrite chronique. Paris 1821.

ictor Broussais, Hist. des phlegmasies ou inflam. chronique Par. 1822. Tom. II, III.

· — Lehrstunden über die gastrischen Entzündungen etc. A. d. Franz. v. Künlin. Bern u. Erlangen 1821.

haigneau, D. Sur la Gastrite chronique. Par. 1823.

rukenberg, Jahrbuch der ambul. Klinik zu Halle. Bd. II. 1824. pag. 253.

illiard, Die Schleimhaut des Magens und Darmcanales im gesunden sowohl als im kranken Zustande. A. d. Franz. v. Urban. Lpz. 1828.

Abercrombie, Pathol. Untersuchungen üb. d. Krankheiten des Magens etc. A. dem Engl. von Busch. Bremen 1830.

ımes Annesley, in N. Sammlungen auserl. Abhdl. Bd. XI. S. 551.

Andral, Clinique médicale. Maledie de l'abdomen Tom IV.
Parona, D. de Gastritide chronica. Padua 1831.
Schönlein, Vorlesungen.
Kreysig, Im Encyclop. Wörterbuche der medic. Wissensch. Bd. XIII. S. 409.
Stokes, Ueber die Heilung innerer Krankh. Deutsch v. Berend.
Naumann, Hdbuch der medic. Klin. Bd. IV. Abth. I
J. Frank, Praecepta etc. T. III. Vol. I. Sect. II.
Parker, The stomach in its morbid states etc. London 1838.
W. Schlesier, in Caspers Wochenschr. 1839. Schmidts Jahrb. Bd. XXVI.
Canstatt, in Schmidts Encyclopaedie. Bd. IV.
Eisenmann, Die Krankheitsfamilie Rheuma. Erl. 1842 Bd. III. pag. 321. seq.
Padioleau, Traité de la gastrite etc. Nantes 1842.
Berends, Vorlesungen über pract. Arzneiwissenschaft herausgeg. v. Dr. Sundelin. Berlin 1828.
Curtii Sprengel, Institutiones medicae. Mediolani 1817. Vol. VI. pag. 308. seq.
Pemberton, prakt Abhandl. über verschiedene Krankheiten des Unterleibes. A. dem Engl. v. G. van d Busch. Bremen 1817.
Hoffmann, Diss. inaug. Collectanea ad cognitionem morborum ventriculi organicorum. Lips. 1829.
Pohl, Diss. inaug. Lips. 1822. Collectanea quaedam de Gastritidis morborumque, qui eam sequuntur, pathologia.
J. N. Raimann, Hdbuch der speciell. med. Pathol. u Therapie. Wien 1823. Bd. I. pag. 1340 seq.
Berndt, die Lehre von den Entzündungen. Greifswald 1838. Bd. II. Abth. II.
J. Wendt, Die alte Lehre von den verborgenen Entzündungen, Breslau 1826.
Larroque, Remarques et observations sur la gastrite chronique. (Nouv. bib. med. 1828. Fevr. pag. 205.)

Definitio.

Gastritis substantialis chronica est inflammatio
enta tunicae propriae et muscularis ventriculi cum
ommutatione organica texturae conjuncta.

Symptomatologia.

Symptomata gastritidis substantialis chronicae
iitio tam exigua esse videmus, ut non solum ae-
roti, verum etiam non raro medici ipsi, valetudi-
is mediocris specie decepti, aut omnino ea negli-
ant, aut parvi aestiment. Revera etiam sympto-
ata aegrotorum constitutione et aetate, causis
fficientibns, morbi ambitu stadioque adeo differunt,
t certum eorum complexum difficillimo tantum ne-
otio exhibere possimus [1]).

In enumerandis igitur symptomatibus, ea, quae
onstantia simulque gravissima esse solent, primo

---

1) Dr. Heymann, Medicinische Zeit. 1832. Nro. 13.

loco ponamus necesse est, quo pertinet dolor, qu in regione epigastrica, praecipue in pyloro, rariu etiam in cardia exoritur. Huic autem symptoma soli non nimia vis tribuenda est. Etenim tam va rius est dolor, ut in singulari quovis casu rem mu tatam inveniamus. Apparet modo mitis, modo acer bus, interdum tam atrox, ut ab aegrotis vix susti neatur. Ineunte morbo sensatio dolorifica paen nulla exstat, aut levis, incerta; ingravesente ver gastritide, dolores cognoscuntur manifesti, fere con tinui, plus minus vehementes. Quo saepius chro nica ventriculi inflammatio exacerbatur, quo lon gius temporis spatium emetitur, quo major ventri culi degeneratio, eo evidentior, constantior, atrocio dolor esse solet. Sed non solum gradus doloris verum etiam ejus indoles atque natura pervaria es et pendere videtur a cujusvis aegroti irritabilitate a morbi sede, stadio, remissione atque exacerba tione. Plerumque ab aegrotis premens, obtusus rodens [2]), fixus describitur, pressione adhibita sae pissime crescens; interdum ad imaginem cardial giae proxime accedit et sese manifestat tamquam ructus et ustio, quae nonnunquam oesophagum ver sus ascendit, aut gignitur sensus pressionis tam quam globo imposito provocatae, aut dolor ad ter gum humerosque propagatur, praesertim autem in parte anteriore pectoris et in cardia [3]) sentitur

---

2) Galenus, de comp. med. sec. Tom. I, VIII. Cap. I.
3) Berndt's Entzündungen Bd. II. Abth. 2, pag. 764.

Quorum symptomatum nonnunquam exacerbationem, nonnunquam remissionem observamus. Succo gastrico acri vim suam exercente scilicet in sejunite, in qua vel maximus conspicitur, dolor adaugetur, neque tamen, si cibis ventriculus impletus st, aegroti doloribus omnino vacant, sed sensu iolesto, premente in regione epigastrica, vexantur; ibis autem et potionibus, qui stomachum excitant, onsumptis, dolores semper maximopere adaugenır. Neque minoris momenti sunt functiones venliculi turbatae, quae hocce modo in conspectum eniunt: Appetentia ciborum valde mutabilis, et, nod plerumque accidit, deminuta; fauces aridae, ngua scabra, muco albido, vel subflavo tegumento otecta, nonnunquam etiam omnino pura et rubra onspicitur; sapor varie alienatus, acidus non ita nepe amarus. Saepenumero aegri, qui adaucta ecretione succi gastrici, nimis acris, laborant, namquam ciborum appetentia normali non gaunt, tamen ventriculo cibis impleto melius se hant. Haec succi gastrici secretio vitiata gastridem chronicam semper comitari solet[4], et ipse uccus gastricus non modo quantitate permagna cernitur, verum etiam qualitate discrepat, siquiem valde acidus et acer, imo quasi rancidus innitur. Quae acritas pyrosin gignit, cujus jam alenus[5]) mentionem facit, quamque Pember-

4) Berndt, l. l. pag. 765.
5) De locis affect. lib. IV. Cap. 6.

ton et Annesley signum characteristicum esse ducunt.

Praeter secretionem illam perversam succi gastrici saepenumero tympanitis in ventriculo observatur, ructus illos provocans, qui, praesertim quum interdum cum acerbi liquoris, saepenumero muco subnigro commixti, vomitu conjuncti sint, aegroto ad tempus quidem sunt levamento. Symptoma autem gravissimum ipsa nausea est vomitusque, qui variis ex causis originem ducit et primum quidem succi gastrici, qui nimia copia secernitur, accumulatione et irritamento inde in ventriculi parietes provocato movetur. Quo fit, ut in gastritide chronica toties vomitum matutinum reperiamus. Deinde vomitus causa repetenda est ex impedimento mechanico, quod proficiscitur ex inflammatione, quam secuta est degeneratio. Quae si in pyloro obvenit, vomitus aliquot horis post coenam in conspectum venit, si cibi jam in eo sunt, ut per partem coanctatam permeare debeant. Sin autem affectio morbosa sedem habet in regione cardiae, cibi consumpti vomitu ejiciuntur, antequam in ventriculum ipsum pervenerunt[6]). Ad symptomata topica, jam supra commemorata accedit magnus consensualium numerus, quorum inprimis pluribus in casibus ad obstructionem inclinatio sese manifestat, quae plures non modo dies protrahitur, sed hebdomadem nonnunquam excedit. Eadem vero obstructio in variis morbi

6) Chardel l. l. pag 154.

stadiis plus minus discrepat, nam ineunte chronica gastritide, alvus ad obstipationem quidem prona est, verumtamen ratio alvum excernendi non essentialiter ab ea differt, quam omnes inflammationes leviores inducere solent. Gastritide autem magis exculta, obstructio semper crescit eumque adipiscitur gradum, ut quaternis tantum aut senis diebus, vel longioribus intervallis, alvi excretio locum habeat. Nonnulli aegrotorum tanta premuntur obstipatione, ut non nisi adhibitis enematibus emollientibus aliquid reddere possint. Excreta, praecipue quae sponte recedunt, dura esse solent, globosa, atra, velut combusta, interdum fusca. Accidit tamen, ut nonnunquam stercora albida, argillacea, quin adeo tubulosa edantur[7]). Accidere etiam potest, ut pertinax alvi obstipatio diarrhoeae cedat, qua materiae particulares, aut liquidae, pituitosae, fuscae, virides, nigricantes, imo cruentae aut purulentae excernuntur. Sympathia autem systematis nervorum insignis est; aegroti sunt tristes, morosi, vitam pertaesi, non dormiunt, ingens corporis languor intrat, habitus faciei peculiaris est commutatus et his signis manifestatus: frons est rugosa et pallida, faciei color luridus, facies dolorosa, pallidum lineamentum circa os, cutis et pedes frequenti frigore horrescunt.

Si gastritis sub forma subacuta intrat, etiam febris adest, pulsus sunt parvi, suppressi, frequentes; interdum rariores intermittentes observantur;

---

7) Krukenberg, a. a. O. Bd. II. pag. 257.

haec raritas pulsuum cuivis inflammationi, qua nervus sympathicus affectus est, propria, etiam in gastritide chronica pro signo peculiari habenda est. Quo magis occulte gastritis intrat, eo minus febris adest, donec serius febris lenta existit.

Ex laesa ventriculi functione necesse est, ut morbus secundarius intret, qui cachexia, tabe et postremo febri lenta significatur.

Symptoma, a permultis auctoribus memoratum, a nonnullis haud observatum, tumor durus habetur, qui in extremo gastritidis chronicae stadio, degeneratione ventriculi jam exorta, in praecordiorum regione sentitur[8]. Interdum haec durities tam exigua est, ut laxato abdomine vix percipiatur, interdum autem tanta est, ut non solum epigastricam regionem occupet, sed etiam umbilicalem[9]. Krukenberg hunc tumorem nunquam observavit[10].

De combinationibus, quas inire potest gastritis chronica cum aliis morbis.

1) Cum cardialgia gastritis chronica haud raro societatem init, ita ut cardialgiae paroxysmi inflammationi intercurrant et saepe medicum non attentum fallant[11].

---

8) C. Sprengel, Instit. medic. Vol. III. p. 314.
9) A. ab Haller, Disputationes Tom. III. p. 65.
10) Krukenberg Jahrbücher Bd. II. p. 263.
11) Berndt, l. l. p. 767.

2) Gastritis chronica rheumatica. Praecipue in regionibus septetrionalibus, autumno et vere, et saepius in feminis quam in viris evenit. Febris plerumque accedit aut cardialgia. Haec inter omnes gastritidis chronicae species indurationem ventriculi facillime provocat.

3) Gastritis chronica venosa sive congestiva. Gastritis acuta praegressa non raro relinquit stagnationem sanguinis in systemate venae portarum et haemorrhoides et menses anomalos. Etiam abusu spirituosorum affertur et tunc pyrosin et vomitum matutinum secum ducere solet.

4) Gastritis chronica metastatica. Initio satis expressis caret symptomatibus. Inprimis ex arthritide anomala, suppressione exanthematum chronicorum etc. proficiscitur.

5) Gastritis chronica carcinomatosa, quae ex diathesi carcinomatosa aut aliis ex causis orta transitum fecit in scirrhum et carcinoma.

De sede et loco gastritidis chronicae.

Omnes ventriculi tunicas in gastritide acuta inflammatione corripi Hildenbrandius[12]) contendit, de chronicae vero sede scriptores valde inter se discrepant. Inflammatio tunicae mucosae saepissime primaria est habenda, cujus Annesley symptomata haec

12) Instit. Tom. III. §. 655.

commemorat: sensum peculiarem, ac si ventriculus rodatur, nauseam, vomitum, anxietatem, pulsum plenum, mollem et debilem; Broussais[13]) vero anorexiam, vomitum potus, excretionem imminutam et cutis et renum, alvum obstipatam. Abercrombie[14]) inflammationem glandulis et folliculis ventriculi inhaerere censet, quae a vesicularum formatione incipiens, in ulcerationem transit, quo a gastritide mucosa valde differt. Sed neque haec neque alia signa, quae laudat Abercrombie, ad talem diagnosin statuendam satis possunt. Gastritidem chronicam, quae tunicam muscularem occupat, ex sententia Lesseri dolor vehementior et vomitus semper comitantur, et in hoc casu rheumatismus praegressus aut cum gastritide alternans maxime est respiciendus. Dolor vehemens, pulsus durus et contractus, ut Annesley refert, gastritidem serosam denotat

De gastritidis chronicae exitu.

1) Optime per resolutionem dijudicatur morbus, quae in gastritide acuta per sudores, diarrhoeas criticas, vomitum criticum et aliis quoque viis fieri solet. Gastritis vero chronica, ut omnes inflammationes chronicae, vix aliter nisi per lysin dijudicari solent. Igitur tum paullatim tantum symptomata decrescunt,

---

13) L. l. pag. 124.
14) L. l. pag. 19.

vomitus minuitur et paullatim tantum in bonam valetudinem restituitur aeger. Sed multo frequentiores sunt ceteri gastritidis chronicae exitus, et ut in plerisque inflammationibus chronicis fieri solet, saepissime desorganisationes et pseudoproductiones sequuntur. Inter has frequentissima est

2) Induratio et incrassatio tunicae mucosae. Simul etiam glandulae lymphaticae vicinae intumescunt vel cum vicinis organis ventriculus concrevit. Sed saepissime etiam ulceratio cum induratione illa conjuncta est, ita ut existat

3) Scirrhus ventriculi, qui variis locis exoriri potest. Plerumque invenitur in pyloro, rarius in cardia, rarissime in ventriculi parietibus. Huc etiam referenda est illa gastritis chronica carcinomatosa, quam describit Ill. Berndt[15]) et quae funestum illum in scirrhum exitum habere solet. Ab nonnullis etiam gastromalacia, malaxis ventriculi, ex gastritide chronica exoriri dicitur: quod etiamsi non omnibus in casibus fit, certe saepissime accusari potest. Plerumque tunicarum parietes sunt attenuati et rarius tantum incrassati. Ad eum gradum gastromalacia pervenire potest, ut tunica mucosa magis muco quam tunicae similis esse videatur. Ceterum non hujus est loci disputare, utrum ex inflammatione an alia etiam ex causa oriatur gastromalacia, utrum apud infantes tantum, an apud alios quoque homines

---

15) Rust's Handbuch der Chirurgie.

occurrat. Plura de hac re apud Lesserum[16]. Adjecisse tantum sufficiat, a Scoutetten duas distingui species, unam, quae ex inflammatione oriatur, alteram, quae ex atrophia proficiscens apud senes occurrat, verisimilius mihi videtur, ex inflammatione chronica originem eius esse deducendam.

Aetiologia.

Causae, quae alias inflammationes, inprimis acutam ventriculi inflammationem, efficere solent, etiam gastritidem chronicam efficiunt. Inprimis aetate provecta morbum oriri videmus, homines natu majores, praesertim mulieres, circa annum quadragesimum usque ad sexagesimum gastritide chronica affici nos compertum habemus. Homines arthritide anomala, menstruationis et haemorrhoidum suppressione laborantes, et atrabilaria constitutione praediti saepe hoc morbo infestantur. Hanc inflammationem saepe animadvertimus repressos pedum sudores, morbos exanthematicos, ulcera sequi, non minus accusandus est nimius potum spirituosorum, aut relaxantium e. g. theae, cerevisiae, spiritus frumenti, crudorum ciborum abusus.

Quemadmodum autem vitia diaetetica, ita omnia remedia, acria, si aut intempestive, aut in nimis magna dosi, aut per longius temporis spatium

16) Die Entzündung und Verschwärung der Schleimhaut des Darmcanals. Berlin 1830.

porriguntur, gastritidem efficere possunt. Itaque non solum omnia vegetabilia acria huc referenda sunt, sed etiam acria mineralia (quae tamen saepius acutam gastritidem efficere solent) et multa metallorum praeparata, inprimis hydrargyrus muriaticus corrosivus et arsenicum album. Praesertim arsenicum hanc ob rem tam periculosum et anceps est remedium, et plura exstant exempla, in quibus post usum hujus medicamenti omnia gastritidis chronicae symptomata apparebant. C. G. Neumann[17]) plures casus affert, in quibus assumto arsenico vomitus cruentus et diuturnae dyspepticae molestiae aegrotum maxime confecerint, aliique enarrantur ab aliis, quare nonnulli eo usque processerunt, ut scirrhum ventriculi ex interno arsenici usu oriri posse contendant. Quod quamquam vix probabile est, et errori diagnostico imputandum videtur, tamen id certissimum est, maxima cum cautione hoc remedio esse utendum.

Praeterea emetica drastica et purgantia drastica sunt commemoranda. Non minoris momenti sunt res externae, quae mechanice vim in ventriculum exserunt, vulnera, ictus et plagae, continua ventriculi compressio, quae quibusdam opificibus communis est, e. g. sutoribus, sartoribus. Frequentissima gastritidis chronicae causa in refrigeratione ponenda est, interdum etiam ex acuta non plane

---

17) Ueber die Krankheiten des Menschen. Berlin 1836, Bd. I. 2te Aufl.

resoluta, exoritur. Alia momenta sunt: viscerum finitimorum inflammationes, status gastricus congestivus. Plurimum valet constitutio aestiva; febres enim hoc tempore grassantes, quae saepissime pro gastritidis chronicae causis habendae sunt, plerumque naturam inflammatoriam referunt et, quod Broussais contendit, affectionibus inflammatoriis membranarum ventriculi intestinorumque conjunctae observantur[18]). Inde fieri solet, ut sectis hominibus, febri abdominali defunctis, membranam intestinorum mucosam rubram, vasa sanguine turgida, excoriationes et ulcera reperiantur[19]).

Eandem vim, quam constitutio aestiva, tempestas frigida in concitandam gastritidem chronicam exercet; quapropter tempore verno et auctumnali et hieme blanda et leni, quae frigore caret, gastritis chronica non solum exacerbatur, sed etiam nascitur et affectiones rheumaticas comitatur. Omnes animi motus, vim vitalem deprimentes, moeror, sollicitudo magnam vim in gastritidem excitandam exercent.

Denique per longam ciborum abstinentiam hoc malum provocari omnes illi demonstrant casus, ubi in sectionibus hominum fame mortuorum ventriculus inventus est chronica inflammatione, adeo gangraenosa, affectus.

---

18) Broussais, Examen des doctr. médic. etc. Vol. III. Par. 1821.

19) Billard, de la membrane muqueuse gastro-intestinale dans l'état sain et dans l'état inflam. etc. Paris 1825.

Diagnosis.

Quodsi in omnibus morbis certa diagnosis difficillima est, et saepe instituta sectione prorsus alia inveniuntur, quam vivo homine exspectabantur, id profecto de nostro morbo maxime valet, qui saepissime sine gravioribus symptomatibus decurrit, subitoque et inopinato aegrotum interficit. Morbi, quibuscum potissimum confundi potest, sunt dyspepsia, cardialgia et scirrhus ventriculi.

Difficillimum est atque gravissimum, chronicam ventriculi inflammationem discernere a dyspepsia. Symptomata gastritidis chronicae: flatulentia, pyrosis, ructus, inflatio ventriculi, ardor et oppressio regionis epigastricae et vomitus non minus adsunt in dyspepsia, ita ut viri doctissimi, se saepe in diagnosi errasse ingenue confiteantur. Est autem discrimen illud eo gravius, quod therapia in utroque morbo plane differt, eaque remedia, quae apta sunt atque salubria in dyspepsia, maxime nocent in gastritide chronica. Duo inprimis sunt momenta, quae in hac re perpendi debent, longius aut brevius scilicet temporis spatium, per quod morbus perduravit, et eventus, quem remedia jam adhibita sortita sunt. Gastritis chronica lente irrepere, per longius temporis spatium perdurare et remediis in dyspepsia usitatis non modo non levari, sed etiam in pejus mutari solet. Inflammatoriam morbi indolem suspi-

cari debemus, si dolor regulari typo post coenam accedit, et per concoctionis tempus perdurat; si in certo quodam loco percipitur, qui tactu dolet. Porro gastritis adesse videtur, si dolor tam diu perseverat, donec aegrotus vomitu levetur, quamquam jam supra commemoratum est, morbum sine vomitu satis progredi posse et vomitum haud raro sine ullo typo tanquam per accidens et cum exiguo dolore intrare. Saepe in gastritide chronica vehemens pyroseos gradus extat, qui post diversissimos cibos quamquam parcius sumptos, aegrotum torquet; quae sensatio, si adest, tunicam mucosam ventriculi morbo affectam esse suspicari licet. Grave etiam hujus morbi signum est, sie aegroti, quamquam symptomata obscura tantum et leviora videntur, tamen corpore et viribus tantopere prosternuntur, ut ex dyspepsia nullo modo hoc derivari possit. Prae omnibus autem ad constituendam diagnosin necesse est, regionem epigastricam saepius accuratissime perscrutemur, tum pleno, tum vacuo ventriculo; si tumor aliquis aut induratio percipitur, nulla jam de morbi natura dubitatio esse potest. Cavendum autem est, ne medicus remissionibus fallatur, in quibus saepissime aegrotus optima videtur frui valetudine.

Facilior est diagnosis inter gastritidem et cardialgiam, quippe quum alter morbus inflammatoriae, alter spasticae sit indolis. In cardialgiae paroxysmis regio epigastrica retracta est, ita ut saepe corpora vertebrarum per parietes abdominis sentiri

possint, in gastritide semper inflata atque tensa in cardialgiae accessionibus extremitates sunt frigidae, cutis spasmo contracta, pulsus parvus et debilis, urina pallida, quae symptomata desunt in gastritide. In cardialgia plerumque nervorum affectio etiam pectus corripit, ut haud raro orthopnoea aegrotos vexet, in gastritide abdomen tantum afficitur; in cardialgia, ut in quaque neurosi paroxysmi et intermissiones evidentissimae discerni possunt; in plerisque autem gastritidis casibus etiam praeter paroxysmos alia dyspepsiae symptomata adsunt.

Nullo autem fere modo gastritidem distinguere possumus a scirrho, aut carcinomate ventriculi, nisi forte tumor externe percipiendus diagnosin clariorem reddat. Tamen haec permutatio nullius fere st momenti, quod attinet ad therapiam; facile enim ntelligitur, quo magis curatio scirrhi ventriculi cum astritidis chronicae curatione congruat, eo majus ore aegrotorum levamen.

Prognosis.

Prognosis in universum bona esse vix potest, uia ad nobilissimas corporis partes organum aerotans refertur, a cujus functione normali totius rporis salus pendet. Malum sola inflammationis solutione sanatur, ceteri exitus inflammationis nnino letales sunt. Jam quod ad prognosin spe-

cialem attinet, aliter se res habet. Morbo ineunte aptisque medicamentis tempestive adhibitis exitus haud malus augurandus mihi videtur. At quo diutius morbus perstitit, quo majora cepit incrementa, quo magis ventriculus jam destructus est: eo pejor apparet prognosis. Ventriculus degeneratus in integrum nunquam restituitur. Attamen induratae membranae vel scirrhosae multo melius quam ulcera scirrhique aperti exhibent praesagium. Parietis anterioris aut posterioris, curvaturae minoris aut majoris degenerationes levius ac diutius feruntur, quam quae pylorum occupant. Ubi morbus sedem fixit in cardia, prognosis pessima. At non a sede tantum et gradu, verum etiam a causa morbi pendet augurium. Quae si cognoscitur et suspendi potest, spes laetior affulget, quam si ignoratur, aut omnibus praesidiis resistit. Quod si malum cum haemorrhoidibus, rheumatismo, arthritide, menstrui fluxus morborumque cutaneorum suppressione connexum est, gastritis pertinax est; ergo prognosis dubia. Qui aegroti quasvis injurias, inprimis deprementes animi affectus, potuum et ciborum nocivorum abusum, refrigerationem studiosissime vitant, aptaque, blanda, moderata diaeta semper utuntur, meliori eriguntur prognosi, quam qui contraria faciunt. Praeter haec morbi moram respicere oportet; quo enim maturior curatio, eo etiam faustior; quo diutius neglecta gastritis, eo pejor prognosis. Ubi per aliquot annos morbus est protractus ventriculique adsunt destructiones, nullum remedium aegros a

morte, serius ocius irruente, valet tueri. Plurimi marasmo, alii hydrope, alii enteritide vel peritonitide, alii haematemesi exstinguuntur.

Therapia.

Jam in gastritide chronica definienda paucis exhibuimus, adesse semper commutationem organicam texturae ventriculi. Quae quum in indurationem facillime transire possit, omnium primum cavendum est, ventriculus ne irritetur; lenissimo quoque modo tractandus est. Methodus igitur diaetetica, si quem forte gastritide chronica laborantem sanare, aut, si hoc minus potuerimus, conditionem ejus miserrimam ad tempus quidem sublevare conabimur, angustissimis necesse est finibus retineatur. Alimenta sint blanda, veluti lac et jusculum in parva quidem quantitate, sed saepius repetita, e. g. altera quaque hora pocillum ansatum ad dimidiam partem usque repletum huius potionis aegroto porrigatur. Medicamenta sunt in clysmatibus adhibenda et irritatio ventriculi deminuenda est contrastimulatione et derivatione per tractum alimentarium. Quod autem attinet ad curationem s. d. specialem, secundum gradum inflammationis varia ineunda medendi ratio.

Ubi igitur inflammatio adhuc praevalet, (intelligo praecipue gastritidem subacutam) optime subvenire poterimus topica sanguinis detractione iterum iterumque repetita; ita in regione epigastrica hiru-

dines optimo cum eventu applicabimus, aut cucurbitas cruentas. Praeterea irritationem remediis leniter refrigerantibus et mitigantibus optime debellabimus, quem ad finem maximopere commendanda sunt: Saturatio Kali carbonici cum infuso Sennae composito, Solutio Kali tartarici cum Syrupo Mannae, aut, si inclinatio ad obstructionem adest, Solutio Natri sulphurici et Magnesiae sulphuricae. Remedium autem omnino mitissimum simulque aptissimum est Pulvis aërophorus, cujus, quantum cochlear minus continet, omni hora dimidiata in usum vocare licet[20]). His remediis aptissime per antagonismum derivantia adjunxeris, e. g. Vesicantia, Setacea, Moxas, Unguentum e Tartaro stibiato.

Magnum praeterea commodum praebent clysmata aperientia; utilitatem vero quam maximam praebet curatio cum lacte, auctore Ill. Berndt hoc modo instituta: Aegrotus lacte tantum nutritur et in parvis quidem, ut jam supra monuimus, dosibus per diem saepius repetitis. Simul etiam Magnesia usta ad aciditatem absorbendam porrigitur. Qua curatione per longum tempus severissime adhibita efficitur, ut alvi ductus adaugeantur, simulque omnia sensim sensimque symptomata deminuantur aut etiam prorsus tollantur.

In stadio indurationis incipientis curatio ad inflammationis irritationem deminuendam dirigenda est, quod sicuti supra dictum, sanguinis detractione

---

20) Berndt, l. l. pag. 775.

et per antagonismum derivantibus, quae etiam supra indicata sunt, efficitur. Si vero ventriculi irritatio ejusmodi est, ut sine detrimento medicamenta ferantur, formula, quam Holer praescripsit, bono cum eventu adhibebitur:

℞. Sapon. medicat. ℥ij
Hydrarg. muriat. mit. ʒβ
Opii puri ℈β
M. f. pilul. pond. gr. ij. Signa: mane et vesperi tres pilulae sumantur.

Irritatione et sensibilitate adaucta diligenter declinemus, ne ventriculum cibis et medicamentis oneremus; ordinemus diaetam e lacte et jusculis, attamen parvis in dosibus, circiter per singulas horas dimidiam scutellam. Omnino ventriculo parcamus.

Medicamenta in clysmatibus applicanda sunt; clysmata visceralia, praecipue autem clysmata ex Extracto Belladonnae, Conii maculati, praesertim si cum aqua Laurocerasi conjuncta sunt, hoc in statu indicata sunt.[21])

In stadio indurationis praevalentis seu scirrhi ventriculi nihil restat, nisi curatio palliativa.

Dolorem ardentem, quo aegrotus summopere cruciatur, Opio porrecto, vomitum Magnesia usta et diaeta e lacte mitigamus; alvi ductus clysmatibus aperientibus augemus et aegrotus clysmatibus nutrientibus est alendus.

---

21) Berndt l. l. pag. 777.

Quod ad modificationes singulas attinet, qu in gastritide substantiali chronica occurrunt, pra cipue discernendae sunt:

a.) Rheumatica, quae gastritidis substant lis chronicae crebrior forma est. Hoc in casu sa guinis detractiones et derivantia valent, omni curatio, quae jam supra in stadio primo laud est; praeterea caloris sicci in ventriculi regione a plicatio et balnea calida.

b.) Combinato gastritidis cum cardialgia. C dialgia sicut gastritis substantialis chronica ip plerumque ex rheumatismo exoritur et Bismu nitrico praecipitato cum absorbentibus et Opio co juncto curatur. Quod remedium hac praesert formula praescribitur.

℞. Bismuth. nitrico. praecipit. gr. ij.
Magnesiae carbonic. gr. x.
Opii puri gr. $\frac{1}{4}$.
M. f. pulvis, s. quaque hora secunda detur p dosi.

c.) Combinatio cum statu gastrico. Quomo hoc in statu saburra removenda sit, ne inflammat ex ea augeatur, primo provideamus. Saburra acidam curamus Magnesia carbonica, leniores mo gastrici gradus remediis aperientibus tollimus. Pra valente autem in initio et leniori gradu morbi no arum materiarum in ventriculo accumulatione em ticum non est praetermittendum, sed non nisi sa guinis detractione jam instituta porrigatur, det que in refracta dosi.

d.) Gastritis substantialis chronica, quae cum nenstruationis et haemorrhoidum vitiis conjuncta st; haec modificatio crebriorem hirudinum appliationem ad genitalia aut ad anum postulat, diaeam diligentem atque curationem resolventem et rerigerantem. Hic fontes medicati, praecipue Carolihermae, aquae Egeranae et Pyrmontanae remedia ptima sunt.

e.) Sin autem metastases gastritidem substanialem chronicam efficiunt, hae ex causalitate sunt urandae.

Praeterea admonuisse sufficiat, quod in omnius hisce casibus abdomen et pedes ad recidivos rohibendos caute a frigore muniendi sunt.

VITA.

Henricus Josephus Deutz, fidei addictus catholicae, natus sum in pago Cuchenheim, prope Coloniam Agrippinam sito, patre Aegidio Josepho, matre Maria Catharina, e gente Stroebelt, quos morte mihi ereptos lugeo. Primis literarnm elementis domi instructus gymnasium adii Monasteriense [Eifliae] nec minus Coloniense. A. h. s. XLV Monasterium, Guestphaliae caput, me contuli et facultati philosophicae adscriptus paschali tempore a. XLVI ibi testimonium maturitatis nactus sum. Scholas, quibus per biennium interfui, tum theologicas tum philologicas ut longum est hoc loco enumerare omnes, ita monuisse sufficiat, a me Ill. Esser auditum esse disserentem de Psychologia et Logice.

Tempore autumnali 1847 Bonnam adii iisdem studiis incumbens. Mutato autem consilio paschali tempore 1848 almam Gryphiam petii ibique a Rectore Magnifico Ill. Baum in civium academicorum numerum receptus nomen professus sum apud Ill. Litzmann, t. t. gratiosi Medicorum Ordinis Decanum maxime spectabilem. Per triennium et sex menses hisce scholis interfui:

Ill. Tillberg: de Physice.

Ill. Hünefeld: de Chemia et Mineralogia.

Beat. Hornschuch: de Botanice et Zoologia. Eundem in excursionibus botanicis secutus sum.

Cel. Laurer: De variis anatomiae corporis hamani partibus; de arte fascias rite alligandi; de fracturis et luxationibus et de arte, formulas medicas rite concinnandi.

Ill. Litzmann: de Encyclopaedia et Methodologia medica; de Pathologia generali et de Semiotice; de Materia medica.

Ill. Schultze: de Osteologia et Syndesmologia, de Anatomia corporis humani; de Anatomia comparata et pathologica; de Physiologia et de arte, cadavera rite dissecandi.

Ill. Berndt: de Therapia universali, de Pathologia et Therapia speciali, de Arte obstetricia, de Operationibns obstetriciis, de Morbis organorum uropoëticorum et genitalium, de Morbis puerperarum. Idem mihi dux fuit in clinico medico et obstetricio.

Ill. Bardeleben: de Chirurgia speciali, de Akiurgia. Idem dux mihi fuit in exercitationibus operationum chirurgicarum nec non in clinico chirurgico et ophthalmiatrico.

Exp. Eichstedt: De Chirurgia generali, de Morbis pectoris simul cum exercitationibus ad indaganda signa physicalia, de morbis cutis et infantium.

Exp. Glubrecht: De Opthalmiatrice et Semiotice; de Medicina forensi et de Politia medica.

Omnibus his viris optime de me meritis gratias ago am possum maximas, praecipue autem Ill. Berndt, Cujus igni erga me favore atque benevolentia factum est, ut aumno a. p. quum Cholera orientalis Gryphiam teneret ob-

strictam, in nosocomio, quod tum quam citissime exornabatu medici inferioris munere per totum tempus epidemiae funger

Jam vero tentamine philosophico nec non examine rigoro rite superatis, spero, fore, ut dissertatione thesibusque rite d fensis, summi in Medicina, Chirurgie et Arte obstetricia me conferantur honores.

THESES CONTROVERSAE.

I.

In Eclampsia parturientium congestiva venaectio quam primum instituenda est.

II.

Febris hectica amputationem non vetat.

III.

Cardialgia, quae vulgo nominatur, pendet a astritide chronica.

IV.

Synchondrotomiam omnino rejicio.

V.

Cum tuberculosi pimelosin hepatis saepenumero njunctam esse censeo.

VI.

Strepitus s. d. abdominalis certis gravidita- signis non est adnumerandus.

VII.

Curatio directa typhi nulla est.

VIII.

In morbis chronicis methodus diaetetica ple- mque optima.